

fido: lacinia linearis-lanceolata, integerrima, sinuato-inversa; labio inferiore substipitato, tripartito: lobis septemnervibus; medio, lateralibus obovatis triente longior, parallelepipedo, obtuso (crenulato?). Lehm. Pugill. VIII. p. 49; idem in Ind. Schol. Hamburg. a. 1844—45, p. 49; ejusd. Pl. Preiss. I. p. 341, 2. (Vesicularia latiloba mihi, planta genere ac specie nova, Manuscr. olim); Utricularia latiloba Benth. in Endl. Enum. pl. Huegelii I. p. 82, p. 305?

Adnotatio. Verisimiliter illa una eademque cum hac ab Endlichero loco citato ex specimenibus pravis minus recte ac juste perscrutata et descripta planta; absqua — si recte videt scriptaque auctor? — ita differt: lacinia labii corollae inferioris in planta Preissiana rotundatis, in unico specimine tantum lacinula media crenulata, minime vero emarginata etc.; lacinia labii superioris non oblonga, sed semielliptica fere; margine interno rectiore, sinuato-subincurvato, externo arcuato-convexo.^a

Descriptio ex specimenibus 13 (7 floribus bonis apertis, 5 floribus inapertis malis, 1 capsulis laevis), scimibus 0 sumta. — Planta herbacea simplex, gracilis, 7—18" longa; caudiculo fibrillis petiolisque submersis foliorum radicalium infimorum fistulosis abortivis, fasciculatis, tanquam filis confervoides suffulto foliisque emersis normalibus, rosulam confertis stipato, proliferis, 2, ex media rosula scapus solitarius geminatus ex proliferatione laterali emitte. Folia omnia radicalia: media 2¹/₂" longa, vix 1" lata, obovato-spatulata, integerrima, cellulosa, fusco-purpurascens, nervo medio vix conspicuo; summa linearis-lanceolata, virescentia, ad summum 6" longa; infimorum petioli abortivi nudi aut vesiculiferi, tubulosi, ecoloro-hyalini filiformes. Scapus simplex, oblique flexuoso-erectus, 6—17" altus, teres, omnino nudus, glaber: inferne obscure fuscus setam suillam duplo-, superne equinam crassus, pallide viridis; apice aut parte in specimenibus humilioribus quaternaria, in altioribus ternaria pedunculus 2—5 ex nodulis vaginatis proliferatione racemosos emittens. Vaginae singulae pedunculum suum aequaliter amplectentes, intrapendunculares, monophyllae, clausae ad fundum fere tripartite, basi excaudata, truncata adnatae, non solutae, hyalino-membranaceae, fuscae aut corollinae purpurascens: partitiones inter se subaequantes, aut introrsum decrescentes, ovato-oblongae seu lauceolatae, integrae, concavae, adpresso, 1¹/₂" longae. Pedunculi simplices, solitarii, alterni, tereti-setacei, setam equinam vix crassi, erecti, 2—6" longi, uniflori. Flores ebracteati centripetaliter efflorescentes, speciosi, magni, 6" longi, 5" lati. Calyx monophyllus, corollino-tener, purpurascens ad fundum quadrifido-bilobatus: partitiones decussatim oppositae. Labii inferioris trifidi lobo medio antico submarginato, quinque nervi labioque superiore triente longiore indiviso, rotundato, obtuso, erecto, obsolete nervoso externis, oblongo-late ovatis, cymbiformi-concavis; lateralibus inter se aequantibus dimidio brevioribus, orbiculatum repando-diflatatis, costatis, uninervibus, imantibus basi cum illis duobus una eademque serie coarctatis, ita ut calyx omnino monophyllus evadat. Corolla personata, 6" longa, 5" lata, tenerissima, in vivo secundum Preiss rosea, genitalibus sulphureis(?); in secco

oculis meis corolla potius violaceo-purpurea, antheris purpureo-violaceis: palato, a Preissio pro iis habito, croceo; fauce labii inferioris ejusque cavitate vitellino-flava. Labium inferius in calcaris ostio substipitatum, aequaliter ad medium trifidum: lobis septemnervibus, rotundato-obtusis subaequalibus; lobis lateralibus obovatis, medio cuneatim parallelepipedo, obtuso (in unico flore [un normaliter?] undulatim crenulato) triente longior. Calcar crassum, rectum, clavatoincassatum, rotundato-obtusum, 1¹/₂" longum. Labium superius calcar labioque inferioris sinus fere aequans 1¹/₂—1³/₄", mediatis ergo 1¹/₂" longum, obovato-oblongum, infra medium angustatum, sinuato-bifidum: laciniae linearis-lanceolatae, angustatae, acutae, subarcuatim inversae, marginibus externis semilunari-convexis, internis, sinuatim excavato-subincurvatis. Staminis 2 cum stylo partem labii superioris indivisam semilonga ejusque sulco imposita, recurva. Antherae semioblongae, plagiis polliniferis sibi invicem accumbentes. Stylus simplex, superne membranaceo-dilatatus. Capsula omnino sphacrica, hyalino-membranacea, scariosa, celluloso-reticulatim venosa, basi circumsissa: tholus (verticaliter [— num vi? —] fissus) in centro stylo brevissimo conico, membranaceo-explanato-dilatato-obtuso, persistente coronatus; torus in fundo capsulae seminibus immaturis exsiccatione corrugatis, vix conspicuis minutissimis, atris, dense superstratus. — Schedula Preissiana No. 1923. In aquaticis ad radices junci montium „Darling's-range“ (Perth) d. 23. m. Novbr. a. 1839 L. Preiss legit, sed de florum colore tacet.

Droseraceae (Bartl. Ord. natur. pl. pag. 222 et 285—86).

Stamina definita. Styli 2—5 distincti, saepe divisi. Capsula 2—5 valvis. Folia cum calycibus saepissime glanduloso-pilosae, illa juniora cochleatim involuta; nec circinata ut minus apte dicit Bartling; calyx quoque, ab eodem auctore pag. 285 ex errore pentasepalum dictus, potius distincte monophyllus, 5 partitus corollaque, aliquo pentapetalum, contra omnes auctores in Drosophyllum ac Byblidium generibus distincte monopetalum a me reperta sunt. — Byblidium atque Sonderia Lehm. antherarum loculi, connectivo mediatim interposito exteriori sibique invicem longitudinaliter accumbentes, singuli rima longitudinali interna introrsum — non, ut in reliquis Droseraceis, extrorsum — dehiscentes.

Conspectus generum.

Genus 1. *Drosera* L. Charakterem genericum vide apud auctores: Endlicher genera plantarum pag. 907, Nr. 5033; Meissner gen. plantar. pag. 22. (XIX). (Apud nonnullos scriptores autem monendum est: calycem omnino monophyllum, persistentem; nec pentasepalum sed tantum 5 fidum esse.)

Genus 2. *Sonderia* Lehm. Pugill. VIII pag. 44; idem in Indice Scholar. Hamburg. a. 1844—45, p. 44; ejusd. Plant. Preiss. I. pag. 256; genus novum. Character essentialis. Calyx herbaceus, regularis, aequaliter profunde 8 fidus; corollae petala 8 aequalia cum staminibus totidem alternantia. Capsula bivalvis, valvularum marginibus inflexis semisubbilocularis, oligosperma. Semina numero

distincta (8?), subcornucopiiformia, testa crustacea filiformiter caudata, basi incrassata oblique truncata retusa trophospermii paginae internae affixa.

Genus 3. *Blyblis* Salisb. Characterem genericum apud omnes scriptores falsus, emendatior ita se habet. Calyx herbaceus, monophyllus persistens, regularis, aequaliter profunde 5 fidus; corolla hypogyna distincte monopetalata, regularis, aequaliter profunde 5 partita: partitiones, aestivatione contorto-plicatoque involutae, iisdem calycinis staminibusque alternae. Stamina 5 hypogyna: antherae terminales, erectae, versatiles, subcordato-lanceolatae, filamentis subulatis multo longiores, biloculares; loculi paralleli, inferne subdiscreti, introrsum delhiscentes. Stylus filiformis simplex in capsulae valvis bipartitis sejunctus. Capsula subbilocularis, bivalvis. Semina paucæ, numero distincta, ovata, parva.

Genus 4. *Drosera* L. Characterem genericum vide in Endlicheri Genera plantar. pag. 907. Nr. 5033; Meissneri Genera plantar. pag. 22. (XIX.), ubi autem addendum est:

Calyx herbaceus, ecoloratus, monophyllus, persistens, regularis, aequaliter profunde 5 fidus, plerumque cum foliis pedunculisque vel tota planta glandulosobirtus: partitionibus fimbriato-laciniatis, aut saltu ciatiis; seu calyx pubescens, raro glaber: partitionibus integris, nudis. Petalarum forma etiam oblonga, lanceolata, immo linearis-lanceolata in Nr. 12 (1980 collectionis) occurrit. Foliorum lamina superior potissimum margine ut plerumque etiam tota planta, in primis summitatibus, pedunculus calycibusque glandulosopilosus, hirta aut pubescens. Folia caulina primaria semper solitaria alterna, sive per spiram ter- ad quaternarium disposita vel sparsa; — sed haec folia primaria ramuli axillaris foliorum primordialium solitario, plerumque geminis coactaneis, semel ad pluries minoribus accessoriis aucta: ita ut folia terma simulentur; in nonnullis speciebus autem hujusmodi foliola secundaria serotina atque inconspicua vel nulla (e. g. Nr. 1991) occurunt: quo sit, ut folia ejusmodi primaria omnino solitaria apparent.

Dispositio specierum secundum habitum, in florescentiam, stylos, semina ac foliis.

A. Seminibus oblongo-globosis: testa crustacea nucleum arte vestiente.

A. Petiolis latis, complanatis, laminam vix aequi-ad quadruplam longis; foliis radicalibus in rosulam congestis; caulinis, ubi adsunt, solitariis, per spiram ter- ad quaternarium sparsis.

I. *Stylos* stigmatibusque indivisis, simplicibus.

A. Rorella De Cand. Prodr. I. pag. 317. Acaules, vel subacaules, scapiflorae: foliis omnibus radicalibus in rosulam aut verticillatum collectis.

1. Foliis indefinite numerosis, petiolatis, in candice rosulatim dense imbricatis.

a. Foliis singulis squama scariosa laciniatia intraaxillari, basi supra adnata tectis; floribus rubris. Huc pertinent Nr. 1. collectionis Preissianaæ Nr. 1994: 2, 1995; 3, 1992.

II. *Stylos* stigmatibusque divisis, racemosis.

- b. Foliis nudis, squamis intraaxillaribus nullis anctis; floribus rubris: Nr. 4, 1976.
- 2. Foliis definite paucis subsessilibus, in verticillatum epigaeum collectis, singulis squama suffultis; floribus lacteis.
- a. Scapis unifloris: Nr. 5, 1983.
- b. Scapis corymboso-plurifloris: Nr. 6, 1986; 7, 1987.

J. *Ergaleium* De Cand. Prodr. I. pag. 317. Caulescentes caulinifloræ: caule florifer, folioso; foliis radicalibus rosulatis, caulinis verticillatis; floribus albis: Nr. 8, 1990; 9, 1985; 10, 1977; 11, 1984.

B. Petiolis tereti-setaceis, foliis radicalibus semper (?) 0, caulinis peltatis subconcavis cupulatisve.

A. *Foliorum* caulinorum axillis ut bucusque semper vacuis: foliolis ergo ramulorum intraaxillarum primordialibus accessoriis 0; floribus rubris: Nr. 12, 1980.

B. *Foliorum* caulinorum foliolis intraaxillaribus secundariis geminis.

1. Caule ramoso moltifloro, floribus racemosæ paniculatis albis: Nr. 13, 1991.

2. Caule simplici, paucifloro; floribus corymbosis.

a. Floribus flavis: Nr. 14, 1981; 15, 1982.

b. Floribus puniceis: Nr. 16, 1988.

c. Floribus ? (deficientibus dubiis): Nr. 17, 1996.

B. Seminibus numerosissimis, minutissimis, scabiformibus, cylindricis, filiformi-caudatis: testa cutanea cellulosa, nucleum multo-minorem laxe includente. Nr. 18, 1978.

A. Species seminibus oblongo-globosis: testa crustacea nucleum arte vestiente.

A. Petiolis latis, complanatis, laminam vix aequi-ad quadruplam longis; foliis omnibus radicalibus in rosulam congestis, caulinis, ubi adsunt, solitariis, per spiram ter- ad quaternarium sparsis.

I. *Stylos* stigmatibusque indivisis, simplicibus.

A. Sectio I. *Rorella* De Cand. Prodr. I. pag. 317. Acaules, vel subacaules, scapiflorae: foliis omnibus radicalibus in rosulam aut verticillatum collectis.

1. Foliis indefinite numerosis, petiolatis, in caudice rosulatim dense imbricatis.

a. Foliis singulis squama scariosa laciniatia intraaxillari, basi supra adnata tectis; floribus rubris. Hoc pertinent: Nr. 1, collectionis Preissianaæ Nr. 1994; 2, 1995; 3, 1992: in summa species 3.

1. (1994). *Drosera platystigma* Lehm., sp. n. 4. Foliis orbicularibus, stipulis scariosis; scapo radicali unifloro, flexuoso erecto, cum calyce pilosuscruco; petalis late obovatis, integerrimis, calycem glabrum 2³, genitalia septies superantibus; stylis 2, indivisis; stigmatibus simplicibus, reniformi-peltatis. Lehm. Pugill. VIII.

pag. 37; idem in Ind. Schol. Hamb. a. 1844—45, pag. 37; ejusd. Pl. Preissiana I. pag. 249, 1.

Adnotatio. Num Drosera uniflora Willd. Enumeratio plantar. Horti Berolin. pag. 340 eadem, an planta Preissiana species propria?

Descriptio secundum specimina 6 optima, floribus bonis, capsula 0 (i. e. deficiente vel nulla) delineata. Planta herbacea, 9—18" (scilicet linearis parisiensis) longa; caudice epigaeo proliferante 2, foliis radicalibus herbaceis viridibus in rosulam squamisque in penicillum centralem erectum densissimum congestis stipato.

Folia 2" longa, singula squama hyalino-eclorea, niveo-sericea, petiolum aequante, bis trichotome lacinata, basi intraaxillari supra adnata obtecta. Petioli plani 1½" longi; lamina ¼—1" lata, glabra, ciliata, disco punctata: ciliis glandoliferis 1" longis. Squamae in centro rosulae fasciculum densum erectum, sericeo-nitentem formant, quarum ex medio scapus emittitur; hic ½—1" (6—12") altus, teres, gracilis inferne setam equinam vix aequicrassus, superne multo adhuc gracilior atque tenuior, apice uniflorus, cum calyce vix glandulosus-pilosusculus, aut subpubescens.

Flos granditato coloreque insignis ac speciosus. Calyx herbaceo-membranaceus, glaber; partitiones ellipticae acutae, 1" longae. Petala persicina, medio saturatis radiatim et basi striata, late obovata, calycis segmentis 2½ longiora latioraque, 2½" longa, 1½—1¾" lata, integerrima. Stamina cum stylis ¾" longi, calyce triente breviora; antherae terminales erectae, cordato-globosae, badiæ. Styli 2, filiformes, stigmatibus 2, reniformibus, transverse incumbentibus rugosis atris. Capsula et semina 0.

Observatio. Dominus Preiss floris colorem dicit puniceum; sed eum in speciminiis siccatis hunc tantum satorate persicinum, vel roseum inveni colorem, hic ergo in vivo multo adhuc pallidior fuisse debet.

Schedula Preissiana Nr. 1994. In solo glareoso inter frutices densos prope „Seven miles bridge“ (Plantagenet) die 20. mensis Octobris anni 1840 L. Preiss legit. — Flores punicei (? vix! vide supra observationem).

2. (1995). *Drosera pygmaea* De Cand. 2, foliis repando-orbiculatis, supra glanduloso-pilosis; stipulis scariosis; scapo radicali erecto, setaceo sublaevi, racemosae paucifloro; pedunculus flore suo brevioribus, bractea filiformi florem rubrum superante suffultus. Petalis linearis-lanceolatis calyce, stamina superante, 1½ (sequi-) longioribus; stylis 3 clavatis recurvis. De Cand. Prodr. I. pag. 317, Drosera micrantha Lehmann. Pugill. VIII. pag. 37; idem in Ind. Scholar. Hamburgo. a. 1844—45. pag. 39; ejusd. Pl. Preiss. I. pag. 250, 3.

Descriptio secundum specimina 4 floribus inapertis, capsula 0 delineata.

Planta herbacea 6—15" alta, radice fibrosa; caudex epigaeus proliferans 2; foliis radicalibus 1—2" longis, ¾" latis squamisque niveo-sericeis, trichotome piloso-laceris, folia aequantibus, stipatis. Squamae infime penicillum densum demissum, cinereum; juniores centrales supremi fasciculum pilorum niveo-argenteaque sericeum erectum formant.

Scapus setaceus, racemo pluri-(2—6-) floro, spiraliiter incurvato terminatus, 10" altus, subglandulosus

vel nudus, laevis. Flores exigui, rubri ut etiam bracteolae filiformes, pedunculis suis longiores, cum scapo glaberrimi. Calycis partitiones ellipticae, ½—¾" longae stamina duplam, petalis subaequilonagae. Antherae inclusae, cordato-ovatae, niveae.

Capsulae et semina 0.

Observatio. Preiss lector affirmit florum colorem album esse, quem ego apud specimen unicum siccum candidum, calyces vero, scapum, pedunculos ac folia obscurae ferrugineo-rubiginosae inveai.

Schedula Preissiana Nr. 1995. In arenosis, deflagratis prope oppidulum „Perth“ raro (?) L. Preiss die 26. m. Septembris a. 1839 legit. Flores albi.

3. (1992). *Drosera pachellae* Lehmann. spec. nova. 2, foliis obovato-subrotundis, parvis, supra hirsutissimis; stipulis scariosis; scapo radicali setaceo cum calycibus, pedunculos duplo superantibus, pilosiusculo, decumbenti-adscendente, racemosae paucifloro: floribus bracteatis, secundis erectis; petalis obovato-cuneatis, calyce, stamna subaequante sequi (½) longioribus. Styli 5, stigmatibus filiformibus glandulosis. Lehmann. I. c. pag. 38; Plantae Preiss. I. pag. 250, 2.

Adnotatio. *Drosera paleacea* De Cand. differt (si recte vidit scriptaque auctori): scapo glabro foliisque oblongis. *Drosera spathulata* Labill. se distinguit: stigmatibus capitatis, foliis venoso-reticulatis habituque longifoliae; squamis ergo scariosis inter folia 0.

Descriptio secundum specimina 3 floribus, capsula semiinibus malis facta.

Planta herbacea, 16—24" longa, caudice epigaeo proliferante 2; foliis radicalibus cum calyce inservientibus undique congestis stipata. Folia semiplicaria, supra ad marginem glanduloso-hirsutissima, in disco infraque nigro-punctata venulosa, cum squamis setoso-laceris; externis inferioribus in fasciculum densum cinerascentem, internis, superioribus in penicillum densissimum erectum, niveo-sericeum confertis. Scapi adscendentes setacei cum pedunculis calycibusque glanduloso-pilosusculi, racemoso, 2—4-flori, hand involuti, 12—18" longi; bracteae linearis-lanceolatae. Calycis, ad basin 5-fidi, partitiones obovato-cuneatae 1½" longae, ¾" latae, petalis quinque parte breviores latioresque. Petala obovato-cuneata, 1¾" longa, purpureascens: secundum Preiss in vivo rosa (?), quod autem valde dubito. Antherae calyceum vix excedentes albidae. Styli 5 filiformes simplices calycis segmenta petalaque mediatis longi. Capsula trivalvis; semina ovata numerulata, rugulosa, minutissima.

Observatio. Florum colorem, a Preissio roseum dictum, in speciminiis siccatis purpurascens inveni.

Schedula Preissiana Nr. 1992. In turfoso-arenosis scaturiginosis ad „Stirlings terrasse“ (Plantagenet) die 8. mensis Decembris a. 1840 L. Preiss legit. Flores rosei.

H. Styli stigmatibusque divisis, ramosis.

b. Folii nudis, squamis intraaxillaris nullis auctis; floribus rubris. Nr. 4, 1976: species 1.

4. (1976). *Drosera glandulifera* Lehmann. spec. nova.

2, foliis obovato-cuneatis, parvis, supra margine glanduloso-pilosissimis; scapis radicalibus setaceis, decumbenti-adscendentiibus, plurifloris: floribus racemosis, subsecundis, nutantibus. Petalis, calycis villosi

partitiones piloso-lacinulatas pedunculosque glandulosos, recurvatos duplum longis, elliptico-lanceolatis. Lehm. I. c. pag. 37, Pl. Preiss. pag. 252, 7.

Adnotatio. Dr. spathulata Labillard. Drosorae longifoliae L. affinis, differt stylo 3—5-partito, calycis lacinii integerrimis, foliis reticulato-venosis.

Descriptio secundum specimen 2, floribus incompletis, capsula seminibusque malis delineata. Planta herbacea subacaulis ad 13^{mm} longa, caudice foliis rosulatis rotundato-ovoatis, unguiculatum cuneatis, 2 $\frac{1}{2}$ —2 $\frac{3}{4}$ longis, in petiolum 13^{mm} longum, planum attenuatis, supra margine pilosissimis, flavo-fuscis stipato, proliferante \varnothing . Scapi teretes, graciles, ex rosulae centro orti, decumbenti-adscendentes. Pedunculi cernui 2—2 $\frac{1}{2}$ longi; flores racemosi, subsecundi, nutantes, 1 $\frac{1}{2}$ longi, demissi, centripetales: inferiores praecoces, superiores serotini. Calycis herbacei villosi partitiones margine piloso-lacinulatae, florentes 1^{mm}, fructiferae auctae 1 $\frac{1}{4}$ longae. Petala saturate punicea, tenerima, elliptico-lanceolata, 2^{mm}, calycem duplum longa. Styli plures multifidi. Capsula trivalvis, 11^{mm} crassa. Semina irregulari-globosa, pallide fusca, rugulosoinaequalia, minutissima.

Schedula Preissiana Nr. 1976. In solo sublimoso inter frutices „Peninsula Perth“ die 30. m. September a. 1839 L. Preiss legit. Flores ponicei.

2. Folii definite paucis subsessililis, omnibus caudicibus in rosulam seu verticillum epigaeum collectis, singulis squamae suffultis; horibus lacteis.

a. Scapis unifloris. Nr. 1983: species 1.

5. (1983.) *Drosera rosulata* Lehm., species nova. \varnothing , scapis unifloris folia late obovato-cuneata sessilia, supra margine purpureo-glanduloso-pilosas aequantibus cum calycis partitionibus obovato-ellipticis integrisque glabris; petalis lancenato-ellipticis, lacteis; stylis acervis 3 collectis, stigmatibus ramosis. Lehm. I. c. pag. 36; Pl. Preiss. I. pag. 251, 4.

Descriptio secundum specimen 4 bona floribus bonis, capsula seminibusque 0 facta.

Planta herbacea subacaulis scapigera \varnothing , 1—1 $\frac{1}{2}$ longa foliorumque radicalium rosulam lata. Caulis crassus vix 1^{mm} altus, apice foliorum 5—8 plurimum verticillo vel rosula tanquam scaporum involucro obtectus; scapi radicales plures (in speciminiis 4 ad 10 usque) folia, 1^{mm} longa, fere aequantes cum calycibus glabri. Folia obovato-cuneata sessilia, infra glabra, supra ad marginem pilis glanduliferis purpureis vestita, ad 6^{mm} longa, 4^{mm} lata. Calyx herbaceus glaber: partitiones ovato-ellipticae, integrae. Petala lanceolata-elliptica lactea, 3—4^{mm} longa, 2^{mm} lata. Antherae cordato-ovatae, subglobosae, badiæ. — Styli numerosi cum germine viridi-flavi, acervis 3 congesti, stigmatibus ramosis filiformibus.

Schedula Preissiana Nr. 1983. In depressis, arenoso-turfosis, ad fluvium Cygnorum prope oppidulum „Perth“, die 29. m. Aprilis a. 1839 L. Preiss legit. Petala et filamenta alba, antheræ badiæ, germen et styli viridi-flava.

b. Scapis corymboso-plurifloris. Nr. 6, 1986; 7, 1987: species 2.

6. (1986.) *Drosera macrophylla* Lindley. \varnothing , bul-

bis (?); caudice brevi simplici, foliis paucis grandibus rosulatim imbricatis stipato; scapis pluribus ex medio rosulae fasciculatim ortis setaceis, glabris, folia subsuperantibus, unifloris vel subumbellatim 2—3 floris. Petalis linear-lanceolatis, integerrimis, calycis glaberrimi, stamina aequantis, partitiones oblongas integerrimas triente superantibus. *Drosera macrophylla* Lindley Swan River Bot. pag. XX. Nr. 91. vide: Lindley Edwardsii Botanical Register, Appendix voluminum 23: Vegetatio fluminis Swan River. pag. XX. Nr. 91; Hooker Icones plantar. vol. IV. tab. 376; Lehm. Pl. Preiss. I. pag. 251, 6.

Descriptio secundum specimen 3, floribus malis, fructu seminibusque 0 (sea deficientibus) facta.

Planta herbacea subacaulis scapiflora, caudice proliferantibus \varnothing . Folia radicalia grandia: ad 17^{mm} longa, 9^{mm} lata, obovata, integra, plana, subsessilia, in basin attenuata, reticulatum venulosa, glabra, supra lanuginosa: pilis tenuissimis 1^{mm} longis, flavo-pallidis, glandula minutissima, obscur-o-rubra terminatis. Scapi ex rosulae centro orti erecti, 1—3^{mm} alti, nudi setacei, cum calycibus glabri, siccitate angulosi, simplices, uniflori, vel superne 2—3 fidi, subumbellatim 2—3 flor: flores mediocres, inconspicui, ebracteati. — Calyx obscure, vel nigro-fusco-virescens, ad basin 5 fidus: partitiones oblongae, 3^{mm} longae, 1 $\frac{1}{2}$ latae, integerrimae glaberrimae, membranaceae tenues. Petala linear-lanceolata, integerrima, tenuia, 4^{mm} longa, ad 2^{mm} lata, alba. Stamina filiformia calycem aequantia: antheræ subcordato-globosae; styls filiformes numerosi, multitudi. Capsula 3 valvis, subtrilocularis, septo in medio valvarum ex trophospermis constructa; semina subglobosa, rugulosa, scabriuscula.

Schedula Preissiana Nr. 1986. In solo turfoso humido ad portum „Princess-Royal Harbour“, die 17. m. Junii a. 1839 L. Preiss legit.

7. (1987.) *Drosera primulacea* mihi, species nova. \varnothing , radice fibrosa, bulbosa, ecoloræ; caudice brevi simplici foliis paucis, subquadrate-rotundatis, angulo sessilibus, supra ad marginem glanduloso-pilosis, in verticillum unicum collectis stipato; cyma scapi solitaria terminalia multiflora, bracteolata cum pedunculis calycibusque glabra; petalis obovatis integerrimis segmenta calycina acuminato-ovata, apice denticulata duplo-, staminæ quadruplo-, styls sexies superantibus.

Adnotatio. *Drosera erythrorhiza* Lindley valde affinis sed diversa: bulbis sphaericis coccineis, foliis obovatis, cyma puberula. Vide Lindley Edwardsii Botanical Register Appendix voluminum 23, pag. XX. Nr. 90; Lehmann Pl. Preiss. I. pag. 251, 5. — In *Drosera primulacea* mea bulborum radicalium, qui Dr. erythrorhizam Lindley et porrectam Lehm. Nr. 9 (1985) ornant, nullum vestigium, hujusque foliorum petiolatorum supra glabrorum verticilli plures.

Descriptio secundum specimen 3 optima, floribus bonis, capsula et seminibus 0 facta.

Planta herbacea, subacaulis \varnothing , e verticillo foliorum scapigera, tota, excepto foliorum marginie, immo pendunculis calycibusque glaberrima; caudex brevis 2 $\frac{1}{2}$ —6^{mm} longus, simplex, foliis panceis (3—5), totidemque squamis oppositis alternantibusque in verticillum unicum collectis inferneque squamis aliis deorsum decre-

scentibus obsitus scapoque cyma dense multiloba terminato e verticello medio orto coronatus. — Folia subquadrato-rotundata, angulo sessilia, infra glabra, supra ad marginem maxime glanduloso-pilosa. — Scapus 2 — 24" altus; rami cymae pedunculique squamuibus aliquot filiformibus minutis praediti. — Calycis partitiones subaequales acuminato-ovatae, apice denticulatae, glabrae, 2½ — 3" longae, 1" latae, nudae, sed glanduloso-obscurae punctatae. Petala obovata, integerrima, calyce triente, stamina subtriplo-longiora, ad 3½" longa, 1½" lata, lactea. Filamenta filiformia, stylis numerosis multifidis triente longiora, antherae cordato-subglobosae, albae. Capsula et semina 0.

Schedula Preissiana Nr. 1987. In arenosis umbrosis sylvae prope oppidum „Perth“ die 13. m. Maij a. 1839 L. Preiss legit.

3. Sectio II. *Ergalcium* De Cand. Prodri. I. pag. 317. Caulescentes caulinorae: caule floriferò foliosi; foliis radicalibus rosulatis, caulinis verticillatis; floribus albis seu lacteis. Nr. 8, 1990; 9, 1985; 10, 1977; 11, 1984: species 4.

8. (1990.) *Drosera ramellosa* Lehmann, species nova! ¼, caudice abbreviato, foliis repando-spathulatis, supra antrorum glanduloso-pilosas, rosulatis stipato; canaliculis pluribus unifoliis, unifloris, folia aequantibus; petalis obovatis, integerrimis, calycis glabri partitiones lanceolatas, genitalibus aequilongas duplo superantibus; stylis 3 sexido - ramosis, ramis turcati. Lehmann. I. c. pag. 40; Pl. Preiss. I. pag. 252, 8.

Descriptio ex speciminibus 8 bonis, floribus bonis, capsula et seminibus 0 (seu deficiensibus) sumta.

Planta herbacea bimulis, 4 — 7" (lineas) alta, tota obscure sordide viridi-brunnea, caudice abbreviato epigaeo, foliis rosulatis stipato, ¼; caudiculis 4 — 6, singuli ex axillis foliorum caudiculum aequilongorum orti supra basin foliis unico praediti; uniflori, 2 — 4½" alti, teretes, nutantes vel declinati. Folia 2 — 4" longa, repando-spathulata, 1½ — 2½" lata in petiolum brevem planum, ½ — 1" latum, cuneatim, angustata, supra maxime versus marginem anticum glandulosopilosa: pili teminissimi, vix ¾" longi, ruhescenti-flavi, glandula minuta purpurascente terminati. — Flores mediocres inconspicui. Calycis partitiones lanceolatae 1" — 1½" longae, triente latae. Petala alba, calycem duplum fere longa, obovata, integerrima. Stamina calycem subaequanta, stigmata paulo superantia flava, filamenta filiformia, antherae cordato-globosae, loculi utrinque discreti. Styli 3 in acumine germinis, singuli ramoso-sexfidi, rami ex medio seu apice foraeuti.

Schedula Preissiana Nr. 1990. In arenoso-conchyliosis humidis prope lacum insulae „Rotenest“ die 20. m. Aug. a. 1839 L. Preiss legit.

Correctio. Lehmann, Pl. Preiss I. pag. 252, 8, false recitat ex sched. Preiss. sdie 17. mensis Junii a. 1839."

9. *Drosera porrecta* Lehmann. sp. nov. ¼, tota glabra, caudice elongato ex bulbis sphaerico coccineo orts, sursum subincrassato, proliferis; ramis foliisque inferioribus verticillatis; ramis superioribus ramulosis, corymboso-multiploris; foliis cuneato-spathulatis, supra margine glanduloso-pilosis. Floribus parvis: petalis

exunguiculatis, obovatis, lacinias calycis glaberrimi lanceolatas staminaque triente superantibus. Lehmann. I. c. pag. 41; Pl. Preiss. I. pag. 252, 9.

Descriptio ex speciminibus 4 bonis, sed floribus inapertis, capsula atque seminibus 0 sumta.

Planta herbacea, tota glaberrima, caudice bulboque radicali proliferis ¼, inde a bulbo 7½ — 11" mediatis ergo ¾ alta, simplex; caudex e bulbo radicali sphaericò coccineo ortus, elongatus, fibrillosus; caulis inde flexuoso-crectus teres 4½ — 8" altus, ex nodis ramosus atque foliosus; ramis inferioribus axillaribus foliisque verticillatis; superioribus ramulosomultiplidis, corymboso-multiploris subglandulosis, basi bracteatis; bracteis setaceis. — Folia circum nodos caulis inferioris duos verticillata: nodi primi intini novena ad duodenam, nodi secundi quina ad octona, 3 — 5" longa; omnia petiolata: petiolo 2 — 4" longo, ½ — 2" lato, plano, cuneato, in laminam spatulatam vel unguiculatam, infra glabram, supra margine glanduloso-pilosam sensim transiente. — Flores parvi; calyx herbaceus ut tota planta fusco-viridis glaberrimusque: partitiones lanceolatae, integerrimae, 2" longae, 1" latae, erectae, adpressae, stamna aquantia. Petala exunguiculata, 3" longa, 1½" lata, tenerima, obovata, alba. Antherae cordato-ovatae, flavae. Styli numerosi, capillaceo-multifidi. Capsula seminaque 0.

Schedula Preissiana Nr. 1985. In arenosis montis „Eliza - Mountain“ (Perth) die 17. m. Junii a. 1839 L. Preiss legit. Petala alba; calyx reflexus, antherae sulphureae.

Correctio. Lehmann Pl. Preiss. I. pag. 252, 9 ex schedula Preissiana false recitat „Eliza mountain“ Perth, d. 20. m. Augusti 1839 pro: „Eliza mountain“ (Perth) d. 17. m. Junii a. 1839.

10. (1977.) *Drosera purpurascens* mihi, sp. nov. ¼, tota glaberrima, eviccosa, caulis pluribus ramosis foliosis, sursum ex medio nudis: ramis ramulosisse axillaribus seu bracteatis scapoque racemose plurifloris; foliis caulinis summis subsolitariis, suborbiculatis, inferioribus ternis cum radicalibus cuneato-spathulatis. Petalis subunguiculatis, linear-lanceolatis, lacinias calycis ovato-acuminatas staminaque duplo superantibus. Seminibus minutissimis, foveolato rugulosis, polis impressis umbonatis. Lehmann. Pl. Preiss. I. pag. 253, 10, false pro *Drosera stolonifera* Endl. in Enn. plantar. Huegelii pag. 5, Nr. 13 habita cumque sequente Nr. 11, confusa species propria.

Descriptio secundum specimen unicum floribus malis, capsula seminibusque 0 facta.

Planta herbacea, 5" alta, e caudice epigaeo, foliis rosulatis stipato plures (in specimine proposito unico 4) caules ramosos foliosos, inde ex internodio tertio sursum nudos scapulique, omnes racemoso-plurimi (5 — 8) floros emittens, ¼. Caules siccatione irregulariter angulati, in vivo ergo verisimiliter subteretes, ramosi et foliosi, cuiusvis nodi ramo solitario foliisque nodi primi intini ternis, secundi ternis vel singulo, tertii folio solitario vel bractea, superne infra ramorum ramulorumque angulum bracteola minutissima filiformi instructi. — Folia radicalia circum caudicis basin rosulatim aggregata, 4 — 5" longa: petioli plani, cuneati, lingulati, 1½" lati, lamina ad 2½" lata, suborbiculata,

in petiolum sensim prolongata, attenuata. Folia caulinia et quidem modi caulinum primi infini terna longiora, 4—7" longa; petioli 2½—5" longi, ½—¾ lati; lamina 1—2" lata. Folia ramea terna, vel gemina angustiora, sed longiora, ad 6" longa; petioli 5" longi, angustissimi, lamina 1" lata. Folia omnia petiolata. spatulato-cuneata, margine laminaque plaga superiore glanduloso-pilosa, pilis purpureis. Caules ramique racemoso-pluri- (5—8) florae. Pedunculi bracteola laterali suffulti, calycem longitudine fere aequantes. Flores flavi, diametro 4" longi, 8" lati. Calyx, 2" longi, partitiones 2" longae, ½" latae, ovato-acuminatae, membranaceo-tenerae. Petala subunguiculata, linear-lanceolata, calycem duplum, 4" longa, alba. Filamenta filiformia, calycem aequantia; antherae cordato-ovatae, flavae. Styli numerosi multifidi. Capsula trivalvis, valvis post dehiscentiam involutus. Seminibus globoso-cylindricis, minutissimis, atris, foveolato-rugulosis; polis impressis umbo-natis.

Schedula Preissiana Nr. 1977. In solo turfoso-arenoso prope montem „Wuljenap (Plantagenet)" L. Preiss legit. (De plantae hujus lectionis tempore florumque colore tacet Preiss lector).

11. (1984.) *Drosera stolonifera* Endlicher (?). Enum. plantar. Huegelii, pag. 5, 13.

Adnotatio. Quoad diagnosis hoc loco citato datam — que ipsissimis Endlicheri verbis ita se habet: „Dr.: foliis radicalibus spatulatis rosulatis; stoloniibus et basi procumbente adscendentibus; foliis suborbiculari, quaternatim verticillatis, scapum racemoso-paniculatum aequantibus; calycibus glabris." Endlicher! in Enumerat. plantar. Huegelii, pag. 5, Nr. 13; Leh. Pl. Preiss. I, pag. 253, 10. — planta nostra omnino aliena fore, nisi auctor ipse folia = (de quibus scapum ipsum acquare modo dixerat) = in descriptione addita internodiorum tantum longitudine esse affirmaret. Pro certo ergo habendum est: verba illa „scapum aequantibus" non ad folia, sed ad stolones ipsos traducenda esse, ita: „Dr.: stolonibus et basi procumbente adscendentibus, scapum racemoso-paniculatum aequantibus; foliis radicalibus rosulatis spatulatis, caulinis petiolatis, quaternatim verticillatis, suborbiculari, internodiorum longitudine, calycibus glabris." Sed ita etiam diagnosis haec adhuc falsa nimis completa appareat, quae locupletior distinctioneque his verbis determinanda est: — Dr.: tota viscidula, glabra, summitatibus subpuberula; radice subfusiformi stoloneque uno altero omniaco phyllo, tantum squamuoso repente. *) Caulium foliosorum adscendentium ramis aphyllo cum scapo illis superantibus, plurifloris; floribus pedunculatis, racemoso-paniculatis: petalis lanceolatis albis, calyx glabri laciniis ovato-lanceolatae acutas staminaque triente superantibus. Foliorum supra hirsutissimum radicum petioli rosulatis laminam subspatulatam diuidim latis, ad duplum longis; caulinum ad apices usque verticillatum geminis ad quaternis internodiorum

triante ad subaequa *) longitudine: lamina suborbicularia duplo- ad quadruplo- sursum acrecentis-longioribus, latitudine decrementibus, summis setaceis.

Descriptio secundum specimina 3, floribus malis, capsula seminibusque 0 facta.

Planta herbacea Ȑ, subviscidula, granulis, arena pulvereaque agglutinatis passim obiecta, ceterum glabra, summitatibus tantum subpuberula, 4½—5½" alta; radix subtilisiformis tenuis, simplex, teres, 3" longa; caudex epigaeus, foliorum rosula stipatus, hinc inde unum alternum stolone squamuoso repente, caules plurimes (3—5) ad apicem foliosos, e basi procumbente adscendentibus scandipne erecunt, triente longiore, emittens. Quorum caulinum foliosorum, ceterum sterilium, rami axillares aphyllo, elongati, cum scapo pluriflori: flores racemoso-paniculati; pedunculi bracteola capillari, 1" longa, suffulti, 3—4" longi teretes, filiformes, uniflori. Scapus 4½—5½" longus, caules foliosos cum ramis floriferis aphyllo aequilongis 3½—4½" altos triente superans. Stolo, caules cum ramis scapusque quadranguli, siccatione sulcatae. Folia radicalia rosulata subsemilunari- vel suborbiculari-spatulata, 3—6½" longa; petiolo 2—4" longo, ½—1½" lato; lamina subsemilunari- vel subsemi-orbiculata, 2" longa, 2½" lata. Folia caulinia rameaque verticillata internodia sua, 2—13" longa, triente ad subaequi, scilicet ad summum 3—4", longa; infima genuina ad quaterna, sursum magnitudine decrementis angustiora, sed longiora terna, quaternae; mediorum caulinum terna petioli filiformibus 2—4" longis; summa apicalia petiolo setaceo 2—3" longo: lamina repando- et reniformi-dilatata semilunari, 1" lata. — Calyx glabri partitiones ovato-lanceolatae, acutae, 2" longae, ½" latae, stamina aequantes. Petala lanceolata, basi ad dimidium usque anguste unguiculata, 3" longa, 1" lata, alba. Antherae subcordato-ovatae. Styli filiformes numerosi, multifidi, in germinis apice penicilliformi-coacervati. Capsula et semina 0.

Schedula Preissiana Nr. 1984. In arenosis umbrosis inter frutices sylvae prope peninsulam „Perth" die 31. m. Augusti a. 1839 L. Preiss legit.

B. Petioli tereti-setaceis, foliis radicalibus semper (?) nullis, caulinis peltatis subconcaavis cupulatis.

Ȑ. Foliorum caulinorum axillis, ut huicnsque semper, vacuis: foliolis ergo ramulorum intraaxillarium primordialis accessoriis vel secundariis nullis; floribus rubris. Nr. 12, 1980: species I.

12. (1980.) *Drosera Huegelii* Endlicher. Ȑ, tota glaberrima, caule simplici stricto, tereti, inferne undo, superne folioso: corymbo paucifloro, bracteolato; foliorum alteriorum axillis vacuis: petioli setaceis, lamina profunde cucullata, intra dense pilosa, triplo- ad sextuplo-longioribus. Petalis purpurascientibus cum laciniis calycis glaberrimi, apice fimbriatis quadriente brevioribus, linear-lanceolatae. Styli tribus bis trifidis, membranaceo-dilatato-laceris. Endlicher! in Enumerat. plan-

*) Minime ergo scapi longitude: quod in Endlicheri diagnosis ex verborum confusione dicitur, in descriptione autem sequente, partim ad veritatem fere reducetur.

*) Endlicher, stoloneum verum plane negligens, vel ejusmodi carens, caules foliosos floriferos pro stoloniibus habuit.

tar. Huegelii pag. 6, Nr. 15; Lehm. Pl. Preiss. I. pag. 253, 11.

Descriptio secundum specimen unicum floribus malis, capsulae valvulis apertis reflexis, seminibus 0. facta.

Planta herbacea \mathfrak{P} , pedalis; caulis simplex strictus, teres glaber, inferne nudus, superne foliosus, apice dichotome corymbosus, ad furcationem angulos singulus bracteola solitaria suffultus, pluri-[8]-florus. — Folia per spiram quaternariam disposita, infima 4'', summa 11'' longa: petioli teretes setacei, sursum tenuiores, 3—9½'' longi; lamina profunde cucullata, seu cupuliformi-calyculata, infra (externe) glaberrima, supra (interne) dense glandulos-pilosa, 1½—2'' longa, 2½—3'' lata. — Calycis herbacei, ad basin 5 fidi, fusi, glaberrimi partitiones lincari-lanceolatas, apice glandulos-pilosae, 3'' longae, ½'' latae; petala linear-lanceolata, 3—4'' longa, 1'' lata, purpurea. Stamina calyceum aequantia, filamenta capillaria; antherae cordato-ovatae. Styli in extremo germe 3, radiatim divergentes, ad basin bis trifidi: partitiones singulare in laminam membranaceam laciniam dilatatae. Capsula obovato-conica, ad basin delhisca, valvulis post delhscentiam revolutis, marginalibus inflexis. Semina 0.

Schedula Preissiana Nr. 1980. Herbe stricta unipedalis. In solo turfoso, humido inter frutices densos planitiæ prope oppidum „Albany“ (Plantageut*). Flores purpurei, folia cupuliformia. Die 8. mensis Octobris a 1840 L. Preiss legit.

3. Folia caudina ut semper solitaria, sparsa: sed ramuli axillaris cujusvis singuli foliorum primordialium uno, plerumque geminis coætaneis semi- ad pluries minoribus aucta: ita, ut folia terma simulantur; in nonnullis speciebus autem aliis hujusmodi foliola secundaria vel accessoria serotina atque inconspicua, lamina involuta inexplicata vel nulla praedita, e. g. Nr. 13 (1991): ita, ut folia primaria sub-solitaria apparent.

1. Caule ramoso, multifloro: floribus racemoso paniculatis albis. Nr. 13, 1991: species 1.

13. (1991) *Drosera gigantea* Lindley (?). \mathfrak{P} , tota glaberrima, canæ anguloso, flexuoso, erecto, paniculatum ramoso, inferne ramisque foliosi, multifloro; foliis alternis, peltatis, hypocateriformibus subeucellatis, supra glandulos-hirsutis, longissime ciliatis, trianguli-orbiculatis, anguli linearis-productis: petiolis lamina triplum ad quadruplum longioribus; inferioribus abortivis squamaformibus; foliolis intraaxillaribus aequilongis, lamina inconspicua. Alabastris subglobosis, obscure fuscis. Petals elliptico-lanceolatis, calycis lacinias, ovato-ellipticas subduplum, stamina triplum longis. Stylorum brevissimorum fasciculis 5, stigmaibus sessilibus glomeratis. Lindley Swan-River Bot. pag. XX. Nr. 88; Lehm. Pl. Preiss. I. pag. 255, 17.

Adnotatio. Cum Lindley, Droserae giganteæ auctor, de foliolorum intraaxillarum inexplicatione omnino tacens, folia distincte terna dicit: quodammodo planta nostra foliolis illis inconspicuis in dubio manet.

* Correctio. Lehmann I. c. false ex schedula Preissiana recitat, \mathfrak{P} Perth^u.

Drosera pallida Lindley autem, ceterum proxima, differt petioli lamina vix duplo-longioribus.

Descriptio secundum specimen 3 floribus bonis, capsula et seminibus 0 facta.

Planta herbacea, radice fusiformi, prolifica \mathfrak{P} , cum radice 18—20" longa, tota glaberrima, fuso-viridis, caesio-pruinoosa; caulis quinquanguloso-subteres, flexuoso, erectus, per spiram quaternariam ex medio paniculatum ramosus, inferne ramisque foliosus, 16—24" altus. Folia inferiora ad bracteas squamaeformes, triangulolanceolatas, filiformi-acuminatas ercibiores subimbriatas, tum sparsas, ramos ramulosque suffulcentes reducta; superiora plurima normalia petiolata solitaria alterna: petioli teretes setacei, recurvati 3—4" longi; lamina supra glandulos-hirsuta, 1" longa, subcucullata; peltata, vel orbiculari-hyocrateriformis, subtriangularis, angulis laciniula linearis, 1" longa, stricte divaricata, pilis ad 2" longis fimbriata terminatis.

Ramulorum intraaxillarum solitariorum, folium suum subaequanti semi- ad plures longorum foliola primordialia gemina, inaequalia, folium appositum primarium fere aequantia, aut superantia, sed omnino inexplicata: lamina marginibus circum involuta, minuta, inconspicua, turbinato- vel pyriformi-subglobosa. Pedunculi flore suo triente breviores bracteola filiformi-minutissima suffulti, stamina fere longitudine aequantes. Alabastris subglobosa, obscure fusa. Flores numerosi, parvi, breviter pedunculati, racemis paniculato-corymbosis dispositi. Petala lanceolata, inferne angustata, calycis fusi glaberrimi partitiones ovato-ellipticas, vel lanceolatas acutæ, 1" longas subduplum (3'') longa, ½" lata. Stamina calyce triente breviora: antheræ cordato-globosæ, loculis vacuis spiraliter torta. Capsula et semina 0.

Schedula Preissiana Nr. 1991. In turfoso-arenosis aquaticis inter frutices supra oppidum „Perth“ die 1. m. Septembri a. 1839 L. Preiss legit.

2. Caule simplici paniculoro, floribus corymbo-

a. *Floribus flavis.* Nr. 14 (1981); 15 (1982); species 2.

14. (1981) *Drosera sulphurea* Lehm. species nova. \mathfrak{P} , tota flava, radice simplici; caule tenui, flaccido, adscendentem-erecto, fractifexo, tereti, glaberrimo; foliis alternis: petioli setaceis, lamina peltata, sublunato-orbiculata, supra purpurascens-hirsutissima pluries longioribus; foliolis intraaxillaribus geminis quadruplo brevioribus. Corymbo paucifloro, furcationibus bracteolato, cum calyx dense piloso; petalis obovato-cuneatis calycis laciniis, lanceolatas, fimbriatas, hirsutas staminaque sesqui superantibus. Lehm. I. c. pag. 43; Pl. Preiss. I. pag. 254, 14.

Adnotatio. *Drosera Menziesii* R. Br., habitu valde affinis, differt: caule parce piloso, bifloro; calyx partitionibus obtusis. quam petala triente brevioribus. Hooker Icones plantar. tab. 53; De Cand. Prodr. I. 319; Hooker to Botanical Magaz. vol. I. pag. 274, ill. florum color haud descriptus. Icon atque descriptio ab Hookero ex unico specimine sumtae.

Descriptio ex speciminiis 3: 1 bono, 2 malis, floribus bonis, capsula et semioibus 0 sumta.

Planta herbacea ♀, tota flava, radice tereti, simplici; caule tenui, flaccido, adscendentis-erecto, varie curvato, fractiflexo, tereti, glaberrimo, $\frac{1}{3}$ — $\frac{1}{2}$ crasso, 12—16" alto, folioso, apice dichotome corymboso. Folia alterna, peltata; petioli setacei teretes, 6—11" longi, stricti, erecti, lamina quadries ad sexies longiores; lamina sublunato-orbicularis supra purpurascens-hirsutissima pro auriculis ad angulos basales longius ciliata, 1½—2" longa lataque; foliola intraaxillaria gemina petiolis extorsum recurvatis, tenuisimis 2—2½" longis. Corymbus pauci-(4—6-) floratus: rami ad sirectionum angulos bracteola linearis-lanceolata, extorsum glandulosa, praediti, superiores 2—3", inferiores ad 4" longi, extorsum ut calyces dense glandulosopilos. Calyx corolla sequi brevioris, stamina aequantitatis partitiones elliptico-lanceolatae, integrae, 2" longae, 1" latae. Petala obovato-cuneata, 3—5" longa, 2" lata, sulphureo-flava. — Filamenta capillacea-tenerima, calycis longitudine, stylus subsuperante; antherae cordato-ovatae, loculi vacui spiraliter torti. Styli numerosi multifidi, fasciculis tribus (?) congesti, tenuissimi. Capsula et semina 0.

Schedula Preissiana Nr. 1981. In solo turfoso inter frutices densos planicie prope oppidulum „Albany“ (Plantagenet) die 11. m. Octobris a. 1840 L. Preiss legit. Flores sulphurei.

15. (1982). *Drosera macrantha* Endl. ♀, tota flavescentia, radice fibrosa; caule tenui flaccido, adscendentis-erecto, fractiflexo, tereti, glanduloso-pilosus, corymboso, paucifloro; folia alterna: petioli setacei lamina peltata, cupuliformi, supra xanthothrichia novies ad undecies longioribus, rigidis, incurvis; foliolis axillaribus triplo brevioribus. Petalis obovato-cuneatis, rubicundo-flavis, in alabastris oblongis crucis, integrerim, calycis partitiones lanceolatae pubescentes duplo, antherae cinereas triente superantibus, Endl.! in Enumerat. plant. Illegel. pag. 6, Nr. 14; Leh. Pl. Preiss. I. pag. 254, 13.

Descriptio secundum specimina 5 bona, capsula et seminibus 0 facta. — Planta herbacea ♀, tota flavescens, 18—30" alta; caulis tenuis simplex, flaccidus, adscendentis-erectus, varie curvatus, fractiflexus, teres, glandulosopilosus, dense foliosus, apice corymboso-pauci-(6-) floratus. — Folia alterna: petioli setacei, rigidii, inlexo-curvati, 9—27" longi; lamina 1—2½" ampla, subcupuliformi-cuecellata, peltata orbicularis, supra glandulosopilosissima: pilis ad 2" longi, purpurascentes, flavidi, tenuissimi, glandula apicali vix conspicua purpurea instructi; foliolorum intraaxillarium geminorum ter ad quater minorum petioli 3—6" longi, incurvati. Calycis fusco-viridis dense glanduloso-pilosus partitiones lanceolatae, 2" longae, 3" latae. Petala obovato-cuneata (subretusa ?), integrerim, rubicundo-flava, in alabastris oblongis crocea, calycem duplum, stamina capillacea triente superantia, 4" longa, 2" lata. Antherae cordato-subglobosae, cinereae. Styli numerosissime et tenuissime multifidi cum filamentis sequi-longioribus atri. Capsula et semina 0.

Observatio. Preiss affirmat: petala subcordata, concava, flores albos et roseos, antheras sulphureas esse. Minime hoc! Petala nequidem orbiculata, quoniam ergo cordata, sed potius in flore unico aperto obovato-

cuneata, subretusa ?, rubicundo-flava, in alabastris oblongis crocea, antheras cinereas dicrem.

Schedula Preissiana Nr. 1982. In arenosis sylvae prope oppidulum „Guildford“ frutices scandens die 31. m. Augusti a. 1839 L. Preiss legit. Flores albi et rosei, petala subcordata, concava, antherae sulphureae. (De quorum characterum falsitate vide observationem.)

b. Floribus punicis. Nr. 16, 1988: species 1.

16. (1988). *Drosera flicaulis* Endl. ♀, tota purpurascens, bulbo radicali sphaerico, squamoso, minuto tunicisque caulis inferioris cutaneis pallide fuscis; caule simplici, singulis nodis fractiflexo, tereti glaberrimo, apice bifido, bifloro; foliis alternis, peltato-orbiculariatis, subcupulatis, supra purpureo-pilosus, foliosis, axillaribus geminis triplo- ad semiquinquiplo-brevioribus; floribus magnis puniceis: petalis cuneato-obovatis calycis laciniis ellipticas, apice piloso-laciniatis staminaque plus duplum longis. Endlicher! in Enumerat. plantar. Illegel. p. 6, Nr. 16; Leh. Pl. Preiss. I. p. 255, 16.

Descriptio ex speciminiis 9 (4 malis floriferis, 5 sterilibus punicis), capsula et seminibus 0 sumta.

Planta suffruticulosa ♀, cum radice 6—14" longa; caulis simplicissimus, omnibus nodis fractiflexus, tenuis, teres, glaberrimus, foliosus, cum foliis purpurascens, apice bifidus, biflorus. — Folia per spiram quaternariam disposita 3½—10" longa: petioli setacei, stricti, erecti 3—9" longi; laminae peltato-orbicularatae, subcupulatae, 1—1½" ampliae, supra glanduloso-pilosae; pilis saturate punicei; foliola intraaxillaria triplo- ad semiquinquiplomina, petioli 1—2" longis. Flores magni speciosi, saturate punicei (Preiss false dicit „rosei“). — Calycis glabri, fusco-virescentis partitiones ellipticae, margine apicem versus fimbriato-laciniatae, membranaceae, 3—3½" longae, 1—1½" latae, staminibus duplo- ad triente longiores. — Petala obovata, basin versus cuneatum angustata, calycem duplum, 6—7" longa, saturate punicea, tenerima. — Antherae cordato-ovatae. Styli numerosi, multifidi, filiformes. Capsula et semina 0.

Schedula Preissiana Nr. 1988. In uliginosis inter frutices prope oppidulum „Perth“ die 1. m. Septemboris a. 1839 L. Preiss legit.

c. Floribus ? (0 seu deficiens); specimina sterilia, omnia ergo dubia, atque incerta, Nr. 17, 1996: species 1.

17. (1996). *Drosera pallida* Lindley. Swan-River Bot. pag. XX. Nr. 87; Leh. Pl. Preiss. I. pag. 253, 12.

Descriptio speciminiis siccatis 7 omnino sterilibus pravissime accommodata. Planta tota glaberrima herbacea, radice fibrosa prolifica (?), ♀ (?), aut annua (?). Caulis siccatione irregulariter subanguloso-teres, filiformis, gracilis, flaccidus, adscendentis-erectus, varie curvatus, fractiflexus; junior ante florescentiam jam 2½' (30") altus. — Folia primaria — ex rudimentis minimis, vix linearibus, infinitis sursum sensim sensimque in folia vera, summa ad 1½" longitudine accrescente — caulis inferioris solitaria; folia caulis medii foliolis intra-axillaris = eodem modo ex rudimentis minimis sursum accrescentibus laminigerisque triplo-bre' ioribus = ancta, alterna, per spiram quaternariam disposita. Petioli setacei teretes, basi siccatione trigoni, lamina

omino-peltato-subhypocrateriformi-concava, supra glanduloso-hirsuta.

Schedula Preissiana Nr 1996. In arenosis subumbrosis, haud longe ab oppido „Perth“ die 29. m. Aprilis a. 1839 L. Preiss legit.

B. Species seminibus numerosissimis, minutissimis, scobiformibus, cylindricis, filiformi-caudatis; testa cutanea cellulosa, tenui, nucleum multominorem laxe includente. Nr. 18, 1978: species 1.

18. (1978). *Drosera Neesii* Lehmann, species nova. ♀, tota flava, cande simplici tereti, glabro, stricte erecto; petiolis setaceis, lauina peltata semilucarior-suborbiculata, supra glanduloso-longe pilosa quadries ad septies longioribus axillaribus geminis subtriplo-minoribus. Corymbo paucifloro, ad furcationes bracteolato: pedunculis hirsutis erectis, virgineis nutantibus; petalis obovatis (?), persicinis, calycis laciniis obovato-ellipticas, lacinulatus, glanduloso-hirsuta duplo-, filamenta quadruplo-superantibus; antheris albis; stylis numerosis multifidis, fasciculis 3 congestis; semina filiformi-scobiformia, minutissima. Lehmann. I. c. pag. 42; Pl. Preiss. I. pag. 254, 15.

Adnotatio. *Drosera filiculais* Endlicher Enumer. plant. Huuegel. p. 6, Nr. 16 differt: caule pedunculique glaberrimus, floribus racemosis, sepalis obtusiusculis. In planta nostra partes illae hirsutae aut pubescentes, haec acutae; flores cymoso-subcorymbos. De *Drosera* peltata autem, habitu simili, vide Rees Cycl. Nr. 5; De Cand. Prodr. I. pag. 319, 28; Roem. et Schult. Syst. veg. VI. pag. 764, 19; Spreng. Syst. veg. I. pag. 956, 26; Labillard. Nova Hollandia tab. 106, fig. 2.

Descriptio ex speciminibus 2 —: altero malo, flore unico aperto manco, capsula et seminibus immaturis; altero sterili-sumta.

Planta herbacea pedalis, radice (?) [ut videtur bulbosa (?)] ♀, tota flava. Caulis simplex, stricte erectus, teres ad $\frac{1}{2}$ " crassus, 11" altus, pilis paucis sparsis hirtulus: inferior pro foliis squamis solitariis ternis lanceolato-lineariibus acuminateis obsitus, medius foliosus, superior apphyllus, supremus trichotomus, cymoso-subcorymbosus, pubescens, pauci-(6-)florus. Corymbi ramus centralis seu axis abbreviatus, ebracteolatus, uniflorus; rami laterales bi- ad tri-ramulosi: ramuli furcationibus extorsum bracteolea lineari-hirsuta suffulti, uniflori; pedunculi virginei nutantes, florentes erecti. Folia radicaria 0; caulina alterna, 7—14" longa. Petioli semitereti-setacei, sursum tenuiores, stricti, patenti-erecti; laminae petiatae semilunari-suborbiculatae, $1\frac{1}{2}$ —2" latae, angulis appendice linearis, ad $\frac{3}{4}$ " longa acutae, supra hirsutissimae: pilis flavis tenuissimis 1" longis, glandula obscura minutissima terminatis. Folia intraaxillaria gemina, primario suo subtroplo breviora atque minora. — Calyx fusco-virescentis hirsuti partitiones ovatae, acutae, ad $2\frac{1}{2}$ " longae; 1" latae, margine imprimis apicem versus laciniulatae glandulosi-piliferae. — Corolla graditante et coloris pulchritudine insignis: petala violaceo-purpureas, tenerina, ut videtur obovata (?), apice denticulata, ad 5" (?) longa, 3" (?) lata, calyceum duplo-, filamenta capillacea glabra, quadruplo-superantia. — Antherae cordato-ovatae, albae. Styli

numerosi multifidi, fasciculis 3 congesti cum filamentis capillaceis, calyceum semilongis, atri, stigmatibus simplicibus. — Capsula ovato-elliptica cum seminibus atris immatura; semina membranaceo-arrillata, filiformiter arcuatum caudata, minutissima, numerosissima, parte crassiore laxa, dilatatum calyculata, oblique truncata: tunica cutanea, tenui, cellulosa, laxa, nucleum multum minorem includente.

Schedula Preissiana Nr. 1978. In solo turfoso ad portum „Princess-Royal Harbour“ mense Octobri a. 1840 L. Preiss legit. Flores purpurei.

Genus 2. *Sondera* Lehmann. Pugillus VIII. pag. 44, idem in Indice Scholar. Hamb. a. 1844—45 pag. 44; Pl. Preiss. I. pag. 256. Character generalis secundum specierum duarum singularem specimen unica delineatus. — Calyx herbaceus monophyllus, persistens, regularis, aequaliter profunde 8-fidus; corollae regularis petala 8 aequalia, marcescentia, cum partitionibus calycinis staminibus totidem alternantia. — Filamenta filiformia; antherae cordato-ovatae, bilocularis: loculi accumbentes, introrsum debiscentes. — Styli numerosi terminales, penicillato-multipartiti, stigmatibus obtusis. — Capsula bivalvis, valvularum marginibus inflexis, semisubtiloculis, oligosperma. Semina numero distincta, pauca (8 ?), utrinque valvulae 4 (?); testa crustacea hinc filiformiter attenuatum caudata, illinc incrassata, fine crasso membranaceo-patellari-dilatata, calyculatum excavata, oblique truncata, superficie capsulae internae alfixa, nucleum multum minorem includentia.

Adnotatio. Genus *Sondera* Lehmann., *Droseris* habitu simillimum atque affine, structura autem numeroque florae octomeri partium seminimum valde diversum, proprium ac novum, excellens atque insignis.

1. (19. 1979). *Sondera macrantha* Lehmann. planta genere ac specie omnino nova, eximia atque insignis. S.: tota glaberrima, bulbo radicali ♀, squamoso; caule stricte erecto, dichotomo, paucifloro; foliis petiatis, orbiculato-subcucullatis; floribus permagnis: petalis oblongo-lanceolatis, purpurascensibus, calycis laciniis, obovato-oblongis, integras, glanduloso-fimbriatas semi-triplum (23), stamina quadruplo superantibus. Styli ? Capsula ovato-oblonga, coriacea; seminibus subcornucopiformibus, subarcuatis, magnis. Lehmann. I. c. pag. 45; ejusd. Pl. Preiss. I. pag. 256, 1.

Descriptio ex specimine tantum uno, fere efflorato: florae utroque malo, capsula et seminibus immaturis sumpta.

Planta herbacea, tota glaberrima, 11" longa; radix (?) caudex basi subbulbosus, squamis scarosis late ovatis, concavis, imbricatis, sursum de crescentibus obiectus; tum per $1\frac{1}{2}$ " laciniis, 4" ad 12" longis, cutaneis, pallide fuscis, dense imbricatis linearibus, arcte adpressis circumvallatus; exinde caulis 9" altus, foliosus: per $1\frac{1}{2}$ " baseos petiolis linearibus acuminateis, rigidis, 3" longis, erectis abortivis densioribus; deinde caulis medium foliis normalibus per spiram ter ad quaternarium dispositis rarius obcessus; snerne dichotomus, apphyllus, biflorus: rami $1\frac{1}{2}$ — $2\frac{1}{2}$ " longi, singuli inferne folio solitario vel geminis praediti, uniflori.

Foliorum normalium petioli setacei, patenti-erecti; laminae orbiculatae, centro alfixae, supra marginaque

glanduloso-pilosae. — Flores permagni atque insignissimi. Calyx membranaceo-scariosus, nigro-fusca, ad basin 8-fidus: laciniae aequales oblongae, $3\frac{1}{3}''$ longae, $1\frac{1}{2}''$ latae, margine glanduloso-ciliatae. Corolla persistens, marcescens, regularis 8-petala: petala omnia inter se aquantia, lanceolata, purpurascenti-rubicunda, calycem plus duplum, staminum quadruplum superantia, $8''$ longa, $1\frac{1}{2}-2''$ lata. — Stamina 8, calyx dimidio ad triente breviora, $1-2''$ longa: filamenta filiformia, antherae ovatae. — Styli [capillaceo-multifidi (?)] omnino deficiunt. — Capsulae ovato-oblongae valvulae $3\frac{1}{3}''$ longae, $1\frac{1}{3}''$ crassae. — Semina numero distincta (ut videtur 8 [?], utriusque valvulae 4 [?]), ad $4\frac{1}{2}''$ longa: hinc per $2\frac{1}{4}''$ filiformi-caudata, illuc per $2''$ incrassata, basi membranaceo-patellari-dilatata, calyculatum excavata, oblique truncata, nigro-fusca verisimiliter immatura?

Schedula Preissiana Nr. 1989. In solo turfoso-arenoso planicie prope oppidulum Albany^a (Plantagenet) L. Preiss legit tempore hand indicato, ergo incerto.

2. (20, 1989). Sondera Preissii Lehmann, planta generie specie nova. Radice \mathfrak{A} , cauleque simplicibus, teretibus, hoc flexuoso-erecto, glaberrimo, medio folioso, unifloro: flore magno terminali erecto. Petalis obovato-oblongis integerrinis, niveis, calycis partitiones oblongas, inciso-denticulatas, glanduloso-fimbriatas anthersaque albas duplo-superantibus. Styli numerosis multifidis. Foliis semilunariibus. Capsula seminaque....?

Lehmann. I. e. pag. 45, Pl. Preiss. I. pag. 256, 2.

Adnotatio. Planta haec a Drosera peltata Smith, vide Labillard. Nova Hollandia tab. 106, etiam praeter characterem genericum omnino diversa.

Descriptio secundum specimenia 6 (1 flore bono, 3 alia floribus malis, 2 sterilia), capsula et seminibus 0 delineata.

Planta herbacea, \mathfrak{A} (?), tota glaberrima, 6- $9\frac{1}{2}''$ longa, caudex (num bulbo terminatus?) canisque simplices teretes: hic flexuoso erectus, foliosus, super folia 5-10'' elongatus, apphyllus, nudus, flore solitario erecto terminatus. Folia fusco-viridia, per spiram quaternaria disposita: petioli per 1- $1\frac{1}{2}''$ caulis inferioris linearies, 2- $2\frac{1}{4}''$ longi, abortivi, rigidi; reliqui superiores, normales. Petioli 2- $3\frac{1}{2}''$ longi; laminac plus quam semilunares, 1- $1\frac{1}{3}''$ latae, excisione arcuata medio affixa, angulis non productis, supra marginaque toto glanduloso-pilosis: pilis paginae superioris brevissimis, immo glandulis sessilibus; marginis longiores, angularium longissimis, ad $2\frac{1}{4}''$ longis, tenuissimis; omnes flavo-lucide viridibus, glandula vix crassiore obvoluta, obscura terminatis.

Flos magnus insignis, capitulum Anthemidis albo radiatum valde similans. — Calyx herbaceus, glaberrimus, obscure fusco-viridis, 8-divisus: partitiones subaequales oblongae, ad $2\frac{1}{3}''$ longae, $1''$ latae, margine toto subinciso-denticulatae; dentibus singulis pilo glandulifero perbrevi terminatis. — Corolla distincte 8-petala: petala obovato-oblonga obtusa, integerrima, candida, nitida, ad $5\frac{1}{4}''$ longa, calycem staminaque duplo superantia. Antherae cordato-subglobosae, albae; styli numerosi multifidi, atri, stigmatibus filiformibus subincrassatis, fuscescens. — Capsula et semina 0 ?

Schedula Preissiana Nr. 1989. In depressis exsiccatis ad fluvium Cygnorum prope oppidulum^a Perth die 27. m. Junii a. 1839 L. Preiss legit.

Genus 3. *Byblis* Salisb. Endlicher gen. plantar. Nr. 5035, ejusd. Iconograph. gen. plantar. (ab. 113; Meissner gen. plant. pag. 22 (XIX.); Lehmann. Pl. Preiss. I. pag. 257.

Adnotatio. Character genericus apud omnes auctores, immo in Endlicheri atque Meissneri generibus plantarum, omnino falsus occurrit, qui emendatio potius ita se habet.

Calyx herbaceus, monophyllus, persistens, regularis, aequaliter 5-fidus; corolla hypogyna (ut etiam in Drosophyllum, planta ex habitu Byblidi simillima) distincte Monopetala, aequaliter profunde 5-partita: partitiones aestivatione contorta - plicataque involuta, iisdem calycinis staminibusque alternae. — Stamina 5 hypogyna, segmentis calycinis opposita; antherae terminales erectae, versatiles, subcordato-lanceolatae, filamentis per brevibus subulatis multo longiores, biloculares: loculi paralleli, inferne subdiscreti (basi sursum spectante, poris geminis in unum confluentibus apertis?) — haec Endlicheri in generibus plantarum ipsissima verba, quorum sententiam quidem optime intelligens veritatem autem in speciminiibus propositis optimis invenire et videre non potui; connectivo longitudinaliter mediatis externo sibi invicem accumbentes, singuli rima longitudinali interna introrsum debhescentes. — Ovarium sessile, bilocular, dissepimento contrarie compressiusculum. Ovula in placenta parvis subglobosis, medio dissepimento triuio adnatis plura, anatropa. — Capsula cartilaginea, oligosperma, ventricosa, columnam centralis septisque dimidiatis parietalibus, columnam attenatus subbilocularis, loculicide bivalvis, stylo bipartibili superata: valva utraque cymbiformis septum, medio in placenta incrassatum, columnam centralem conicam attingens, gerente. — Semina definite pauca, numero distincta, ovata, rimoso-rugosa, verrucosa, parva.

1. (21, 1993). *Byblis gigantea* Lindley. Character specialis emendatus atque complectior ita determinandus appetet. — B.: herbacea, tota viridis, glandulos-pilosa, viscidula, radice fusiformi \mathfrak{A} ; caule stricte erecto, parce, ramoso, paniculatum corymboso, pauciifloro, folios: foliis linearibus, longissimis, marginibus involutis, filiformi-attenuatis, apice clavato-incrassatis ramos ramulosque incrassatos alternos, unifloros, axillares superantibus. Corollae roseae lobis obovato-cuneatis integerrimis, antherae flavas duplo, calycis segmenta, 3-5-nervia et basi lanceolata filiformi-elongata paulo-superantibus. Capsula oblongo-ovata, cartilaginea; seminibus utriusque loculi geminis, atris. Lindley Swan River Bot. pag. XXI. Nr. 92; Lehmann. Pl. Preiss. I. pag. 257, 1.

Descriptio ex speciminiibus 3 bonis, floribus bonis, capsula manca, seminibus immaturis (?) sumpta.

Planta herbacea, tota flavescens-viridis, glandulos-pilosa, viscidula, arena, granulis pulvereoque agglutinatis inquinata scabrida, ad $16\frac{1}{2}''$ longa; radix fusi- vel napiformis \mathfrak{A} , 4'' longa, 2-3'' crassa, nodulosa, nodis foliiferis proliferisque. Caulis a radice ad

Vermischtes.

Verspätetes Keimen von Äpfelkernen.

Dr. Thomä in Hofgaiberg giebt darüber Folgendes bekannt: Zu Dushbach im Amt Idstein sind im Frühjahr 1854 von dem Landwirth Ludwig Koch Äpfelkerne gesetzt worden, die acht Jahre vorher gesammelt und so lange unbeachtet in einer Kiste aufbewahrt worden waren. Im Sommer des Aussaatjahres kam kein Keim derselben über die Erde und man ergab sich dem Gedanken, die lange Dauer der Aufbewahrung habe die Kerne keimunfähig gemacht, aber im verflossenen (1855) Frühjahr, nachdem sie also ein ganzes Jahr im Boden geschlummert, trieben sie Pflänzchen in Menge.

Kirschenkultur. Es erzeugt das Dorf Fougères zwischen Plombières und Luxeuil im franz. Dep. der Ober-Saone jährlich 800,000 Litres Kirschgeist erster Qualität. Dennoch rotten die Lente dort jetzt ihre Kirschpflanzungen mehr und mehr aus, weil seit 1848 die spät eintretenden Frühlingsfroste beiauhe die ganze Ernte vernichten.

Cultur der Pfirsiche. In der Gemeinde Montreuse in Frankreich befinden sich bei 500 Familien, die sich ausschliesslich von der Cultur der Pfirsiche erhalten. Jede dieser Familien verkauft durch sechs Wochen im Jahre täglich 1000 St. Pfirsiche.

Wein- und Bierbereitung aus der Pastinak-Wurzel. Aus der Pastinak-Wurzel lässt sich, sagt ein englisches Blatt, ein Wein bereiten, der dem besten Madeira und Canariensekt ähnelt. Wenn er einige Jahre alt ist, so schmeckt er vortrefflich, und ist dabei sehr gesund. In Irlands nördlichem Theile brant der Bauer eine Art Bier aus dieser Wurzel, indem er der gemäschten Wurzel beim Sieden etwas Hopfen zusetzt, und die Flüssigkeit dann aufgären lässt.

Der Weinbau beschäftigt in Frankreich 1,200,000 Familien oder 6 Millionen Personen, mithin ein Fünftel der ganzen Bevölkerung von Frankreich, und die Wein-Industrie steuert allein ein Sechstel des gesamten Staatsinkommens und die Hälfte der Einnahmen der Städte.

Die Flachs- und Hanffabrik beschäftigt gegenwärtig in Österreich bei 4½ Millionen Menschen. In Galizien werden erzeugt 485,000 Centner Flachs und 266,000 Ctn. Hanf, in der Wojwoidina und im Banat 325,000 Ctn. Flachs, in Ungarn 230,000 Ctn. Flachs und 220,000 Ctn. Hanf, in Siebenbürgen 253,000 Ctn. Flachs, und in Niederösterreich 16,400 Ctn. Flachs und Hanf.

Die Anpflanzungen des edlen Kastanienbaumes, welche hin und wieder in Niederösterreich versucht worden, haben Erfolg. In den Bezirken von Baden, Gloggnitz, St. Pölten und Feldsberg gedeiht dieser Baum sehr gut. Der Gesamt-ertrag an süßen Kastanien belief sich im verflossenen Jahr in Nieder-Österreich auf circa hundert Metzen.

Die Kartoffelkrankheit. Dass die Kartoffelkrankheit in den letzten Jahren auf drainirten Äckern beinahe gar nicht vorgekommen ist, wurde von vielen landwirtschaftlichen Vereinen festgestellt.

Rheum nobile. Obgleich diese Pflaoze nach dem särlicheren Saft in den Stengeln und nach den

formum summitates 8½—9", ad foliorum apices 11½—12½" altus, mediatis ergo fere pedalis, stricte erectus, exciseatione irregulariter angulosus, per intervalla subaequalia paniculatum corymboso—parce ramosus, paniciflorus, foliosus. Folia cum ramis axillaribus alterna, stricte erecta. Rami inferiores ob efflorescentiam centripetalem praeocces ramulo uno altero aucti, elongati; superiores centrales simplices serotini, abbreviati, omnes ergo ramū ramulique in pedunculis apice incrassatos unillorū traesint, quibuscum 3—5" longi, stricteque erecti: ita ut panicula ergo depresso- et concavo-corymbosa, paniciflora oriatur.

Folia omnia caulinis atque subramea 7—11" longa solitaria, per intervalla subaequalia subalternantia, linearia, subrigona, supra subcanaliculata, infra subcarinata, sursum filiformi-attenuata, acuminis subvelato-incrassato, hinc inde calyculatum subpartito, pendulus abortivus simulanta, ramum summum intraaxillarem duplum longa; folia superiora corymbum 4" superantia, inferiora cum subacquanta.

Flores magni, speciosi atque insignes. — Calyx monophyllus, profunde 5-partitus, ut tota planta flavescens-viridis, glanduloso-pilosus, viscidulus, 9" longus: partitiones aequales, lanceolato-lineares, sursum angustatae in filum acque longum, apice incrassatum elongatae, hirsutae. — Corolla tenera, violacea-sature rosea, aut purpurascens: apertius 5—6½", aperta ad 8½" longa, aestivatione plicato- et contorto-involuta, monopetala, ad basin usque 5-fida: lobi aequales, late obovato-obcuneati, integerrimi, cum calycis segmentis subbrevioribus staminibusque 3½—4" longis alternantes. — Filamenta partitionibus calycinis opposita, membranaceae, subulata, perbrevia, 1" longa, basi dilatata, singula ex corollae incisuris orta. — Antherae magnae, crassae, et subcordata basi lineari-lanceolatae, ad 3" longa, flavae, terminaliae erectae, filamento suo duplo-, ad triplo-longiores, bilocularia: loculi inter se atque cum connectivo suo, longitudinaliter mediatis externo, paralleli sibique invicem acuminate, inferne subdiscreti, singuli rima longitudinali interna introrsum dehiscentes. Cum, quod significant Endlicheri, in generibus suis plantarum usitata, verba sloculi, basi sursum spectante, poris geminis in unum confluentibus apertis^a in natura invenire ac videre nequivissimum: sententiae quoque hujus veritatem valde dubitare.

Germen centrale apice in stylum filiformem attenuatum: stylus ad 3" longus, simplex, filiformis, statim subbrevior, stigmata subgloboso tenui finitus. — Capsula cartilaginea, oligosperma, bivalvis, bilocularis, conico-hemisphaerica, 2" longa, 1½" crassa: valvulis cymbiformibus septum, axem centralem conicum attinens, dimidiatum medio ferentibus. — Semina ovata minuta, longitudinaliter transverse rimoso-verrucosa, rugosa, atra, numero definita, in utroque capsule loculo, ut videtur, geminae (?).

Schedula Preissiana Nr. 1993. In arenosis inter frutices planitiis haud longe a praedio rustico „Mad-dington“ ad fluviū „Canning“ die 1. m. Novembris anni 1839 L. Preiss legit.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Bonplandia - Zeitschrift für die gesammte Botanik](#)

Jahr/Year: 1856

Band/Volume: [4](#)

Autor(en)/Author(s): unbekannt

Artikel/Article: [Droseraceae 107-117](#)